Cinq chartes de l’abbaye de Saint-Bertin relatives à l’abbaye de Longvilliers

1132-1135

Charte par laquelle Etienne, comte de Boulogne et Mortain, et Mathilde, son épouse, reconnaissent que certains de leurs sujets sont de condition libre, contradictoirement avec Baudouin et Gonfride, prévôts de Longvilliers

Desvres

Haigneré D. (1886) - *Les chartes de Saint-Bertin*, Tome I, années 648-1240. Saint-Omer: H. D'Homont, page 169.

Stephanus, comes Bolonie et Moritonii, et M. comitissa, uxor sua, omnibus suis baronibus et hominibus salutem. Notum sit omnibus vobis recognitum fuisse ante nos legitime et verascissime istos homines Albondum et Henricum et Milonem et Gonfridum, Rainnerum et Enguerran et Walterum, et istas feminas Godelenam et Tescendam et Alburgim, esse quietos et liberos de servitute illa de qua Balduinus et Gonfridus, qui tunc prepositi erant de Lonvilers, eos calumpniaverunt; et clamamus illos quietos, et ipsi confirmaverunt liberalitatem suam per sacramentum ante nos, apud Devernam, et ante Bernardum vicecomitem et Hugonem marescallum. Testes sunt inde Folbertus abbas de Lonvilers, Balduinus abbas de Sancto Vulmaro, Willelmus de Belvaco monacus, Eustachius de Cortonai, Gonfridus de Lonvilers, Balduinus de Lonvilers, Godebertus de Camier, Goso de Isica, Gerbertus de Condet, Gaufridus de Vacaria, Aldemerus de Paninghetu[n], Hermeir de Estraielles, Framericus de Langrehega, Henricus Tota Avena, Walterus de Protentia.

Notes de l'auteur

Imprimé pour la première fois, d'après la copie dans le Cartulaire de l'abbaye de Saint-Josse-sur-mer, ms du XIII[e] siècle, f° 3, n° x, aux archives du Pas-de-Calais.

N. B. — Je laisse flotter la date de cette pièce entre l'année 1132, qui est celle de l'arrivée de saint Bernard dans nos contrées (*Chron. And.* Spicil., II, col. 804-2), et l'année 1135, qui est celle de l'avénement de nos comtes à la couronne d'Angleterre. On s'accorde généralement à dire que l'abbaye de Longvillers n'a été fondée qu'en 1135, après qu'Étienne et Mathilde se furent mis en possession de leur nouvelle dignité. C'est une erreur évidente, puisque la charte qu'on vient de lire ne leur donne pas encore le titre de leur royauté, et que déjà l'abbaye de Longvillers était fondée et organisée, comme le prouve la présence de l'abbé Folbert parmi les témoins de l'acte. J'ai à peine besoin de faire remarquer que les *Prepositi de Lonvilers*, dont il y est question, étaient des fonctionnaires civils, probablement ce qu'on a appelé plus tard des baillis, au service du comte et sous ses ordres.

1192

Charte par laquelle Ide, comtesse de Boulogne, renouvelle pour Petresse et Calais l'ordonnance du comte Philippe, son oncle, relative à la dîme des harengs.

Charte cosignée par Hugues, abbé de Longvilliers (« Hugo abbas de Longvileirs »)

de Witte C. (1777) - Le grand Cartulaire, ou Recueil général et chronologique des Chartes et Titres de l'abbaye de Saint-Bertin. Jusque 1200 inclusivement. Le tout tiré et copié sur les originaux reposants aux Archives de ladite Abbaye, et à leur défaut sur les plus anciens Cartulaires, Tome 1, pages 524-525.

46. jean. III. Sinceri amoris plenitudinem. Mando vobis et precipio quatinus
1192. non obstante privilegio quod Fratres de Claromaresc a me dicuntur
super construendis molendinis impetrasse: Libertates et jura Ecclesię
beati Bertini et privilegia inviolabiliter faciatis observari.

Nota voiez ledit sceau + très bien gravé au livre intitulé Sigilla Comitum Flandriæ édition de bruges 1639 petit in folio page 26.



Ex Originali in Theca Arques NN. n°. 10.

Registrata Tomo. I. folio C.L.

Cet original a un pouce et 3 quarts d'hauteur sur 5. pouces de largeur.

365. 1192.

Ida Boloniæ Comitissa componit dissentionem ortam pro decima allecium apud Peternesse et Calays.

Ego Ida Comitissa Bolonię notum facio tam presentibus quam futuris. quod cum abbas sancti Bertini peteret decimam allecium in Petresse et Calays et in aliis parrochiis suis. sicut aliarum rerum. et magna oriretur inter Abbatem & predictarum villarum parrochianos discensio. ita quod abbas fecisset eos excommunicari. nisi quod Ego & philippus patruus meus illustris flandrię Comes utriusque partis assensu. nos interposuimus in hunc modum componentes. Ecclesia beati Bertini in unaquaque navi de petresse et de Calays tempore quo allecia capiuntur. tertiam partem omnis acquisitionis unius hominis in pace recipiet. Statuto autem

© Bibliothèque d'agglomération de Saint-Omer
Ms. 803-01

die solutionis quilibet gubernator jurabit cum duobus sequaci- 46. jean. III.
-bus suis. quod nullam fraudem in solutione faciat. abbas quoque 1192.
et Conventus S. Bertini zelo Caritatis accensi concesserunt. quod
pro salute tam Corporum quam animarum in predicta piscatione
laborantium. quamdiu predicta piscatio duraverit tres missę
in predicta Ecclesia celebrentur. prima de sancta Trinitate.
Secunda de sancto Spiritu. Tertia de sancta Maria. Si autem
aliqui gubernatores cum sociis suis. quod absit. periclitati fuerint.
pro redemptione animarum eorum Tricenarium cum prebenda
concesserunt sicut uni ex fratribus Ecclesię. Et ne deinceps
abbas possit plus petere vel predicti parrochiani de Conventione pre-
-dicta diminuere nos obsides constituimus. Et ne in posterum pre-
-dicta Conventio possit ab aliquibus in irritum deduci. Sigilli mei
appensione et testium annotatione eam confirmo. Lambertus Mori-
-norum Episcopus. hugo abbas de Longuileirs. Gerardus abbas de
Claromarisco. Gerbodo abbas sancti Wlmari. Clarenbaldus de
Senbrone. Balduinus Busket. Balduinus constabularius de
hermelighem. Gerardus de sancto prejecto. Actum anno Domini
M° C° XC° secundo.

Ex MSS: 724. bibliothecæ Bertinianæ N°. XVIII. et N°. XIX. et ex Cartulario D. W. Tom: 3. pag: 47. et 49
in quibus hujus Cartæ duplex reperitur instrumentum, sed ejusdem formæ tenoris.

Ego Reinaldus Comes bolonię, Et Ego Ida Comitissa no- 366. 1192.
-tum facimus tam presentibus quam futuris quod abbatem sancti
Bertini et monachos. et famulos eius liberos facimus a Theloneo de

Reinaldus comes boloniæ et Ida Comitissa bertinianos monachos declarat liberos a Theloneo de Wisant.

Haigneré D. (1886) - *Les chartes de Saint-Bertin*, Tome I, années 648-1240. Saint-Omer: H. D'Homont, page 169.

Ego Ida, comitissa Bolonie, notum facio tam presentibus quam futuris quod, cum abbas sancti Bertini peteret decimam allecium in Petresse et Calays et in aliis parrochiis suis, sicut aliarum rerum, et magna oriretur inter abbatem et predictarum villarum parrochianos discencio, ita quod abbas fecisset eos excommunicari, in quod ego et Philippus patruus meus, illustris Flandrie comes, utriusque partis assensu nos interposuimus, in hunc modum componentes: Ecclesia beati Bertini in unaquaque navi etc. comme dans l'acte ci-dessus nº 309. Et ne in posterum predicta conventio possit ab aliquibus in irritum deduci, sigilli mei appensione et testium annotatione eam confirmo. Lambertus Morinorum episcopus. Hugo abbas de Longvileirs. Gerardus abbas de Claromarisco. Gerbodo abbas Sancti Vulmari. Clarenbaldus de Tenbrone. Balduinus Busket. Balduinus constabularius de Hermelighem. Gerardus de Sancto Prejecto. Actum anno Domini Mº.Cº.XCº secundo.

1210

Accord entre les religieux de Saint-Bertin et de Clairmarais concernant le paiement de certaines dîmes

Charte cosignée par Gérard, abbé de Longvilliers (« Gerardus abbas de Longivillaris »)

de Witte C. (1777) - Le grand Cartulaire, ou Recueil général et chronologique des Chartes et Titres de l'abbaye de Saint-Bertin. Depuis l’année 1201 jusqu’à l’année 1240, inclusivement. Le tout tiré et copié sur les originaux reposants aux Archives de ladite Abbaye, et à leur défaut sur les plus anciens Cartulaires, Tome 2, pages 101-107.

46 · jean · III · 1210.

apud Sanctum Bertinum [+ nobis] deberentur · et quod Monachus unus ibidem ad
petitionem nostram ad [+] Conversionem recipiendus esset : Nos tandem sano
usi consilio · predictis omnibus querelis pro salute animarum nostrarum
renuntiavimus · quicquid juris in eisdem habuimus uel habere debe-
-mus · Sancto Bertino in Elemosinam conferentes · salvo tamen nobis
in predictis · quinquaginta mensuris Terre Dominio et advocatione
que predecessores nostri sibi retinuerunt · et Nos hactenus habuimus.
Abbas quoque et predicta Ecclesia promiserunt mihi Beatrici Comi-
-tisse Gisnensi · et Castellane de Broburg · quod anniversarium meum
apud se fieri facient. Actum Anno gratie · M° · cc° · decimo ·

Ex originali in Theca greneterie · 1 · guisnes n°. 9.
Registrata Tomo 6 · folio 139.
Cet original a 6 pouces d'hauteur, et 6 pouces · 1 quart et demi de largeur.

79 · 1210
circiter

Magistri Legum et Canonum parisienses respondent ad Consulta Joannis abbatis et totius Conventus S. Bertini super lite mota inter Bertinianos et Claromariscenses super decimis precipue in Loon, et super piscariis et metis et Refagio a apud S. Audomarum &c.

Viris Religiosis Johanni Dei gratia Abbati [+ et Conventui Sancti Bertini] Legum et Canonum
Magistri Parisienses salutem in Domino · Latores presentium vestras nuper
obtulerunt nobis Litteras in hec verba. Viris venerabilibus, juris peritis
universis Magistris scolarum Parisiensium. Frater Johannes Dei permissione
Sancti Bertini minister humilis et Conventus salutem et devotas in Domino ora-
-tiones · Universitatis vestre prudentiam quanta possumus devotione imploramus
quatinus super negotio pro quo ad vestram discretionem presentium latores trans-
-mittimus causa Dei et intuitu justitie Consilium quale expedire noveritis
nobis impendatis · Et quia longum esset seriem rescripti narrare : ipsi vobis
melius poterunt quod gestum est verbis explicare. ¶ Obtulerunt nobis preterea
transcriptum Litterarum venerabilis viri Petri Dei gratia Titulo Sancti Crisogoni
Presbyteri Cardinalis cujus tenor talis est. ¶ Petrus Dei gratia titulo Sancti
Grisogoni Presbyter Cardinalis et apostolice sedis Legatus omnibus ad quos Littere

46. jean. III.
1210

presentes pervenerint in perpetuum Concordias et Compositiones pacis
que inter discordantes utriusque partis assensu aliquibus mediantibus statuuntur
duratûris perpetuare apicibus provida Patrum auctoritas ne processu temporis
a memoria deleantur . et sedatê lites iterato consurgant . inde est quod Com-
-positionem que nobis intervenientibus inter monasterium sancti Bertini et
monasterium de claromarescho facta est litterarum memorie duximus anno-
-tandam ; asserebat quidem Abbas sancti Bertini et monachi quod abbas et fratres
de Claromarisco sibi solvere decimas de omnibus terris quas in suis parochiis
excolebant et hoc autenticis scriptis conabantur probare . Ad hec illi romano-
-rum pontificum privilegiis innitentes a solutione decimarum proponebant se
penitus esse immunes . hujusmodi itaque controversiam sedare volentes , ex
utriusque partis assensu pacem inter eos in hanc formam reformavimus . De illa
† nota . terra illa sita est apud Loon — portione † terrê Baldevini de Balloel quê fuit fossatis clausa et a mari erepta
priusquam illam acquisissent Fratres Claromariscenses decimas solvent absque
contradictione . Quicquid autem postea incluserunt vel deinceps incluserint
liberum erit a decimarum exactione , sive fuerit de terra predicti Baldevini
sive cujuslibet alterius . De omnibus autem aliis antiquis terris quê cedent
eis et ubicumque in Parrochiis sancti Bertini terras quocumque modo acqui-
-sierint sive donatione sive emptione decimas solvere tenebuntur ; Pro bono
etiam pacis abbas Claromariscensis singulis annis solvet monasterio sancti
Bertini XX. solidos flandrensis monetê in purificatione beate marie . hanc
Compositionem Abbates utriusque monasterii ex utriusque Conventus assensu
Compromiserunt in manu nostra se firmiter de cetero observaturos . Actum est
hoc publice apud Sanctum Bertinum in presentia venerabilis Fratris nostri
Desiderii morinensis Episcopi et aliorum quam plurium Anno ab incarna-
-tione Domini M . C . LXXV . Godescalco existente Abbate sancti Bertini et
David Abbate Claromariscensi . Ut igitur hec Compositio futuris temporibus
inconvulsa permaneat ; fecimus eam presenti scripto annotari et sigilli

nostri impressione muniti. Testes autem sunt Desiderius Morinensis Episco- 46. Jean. III. / 1210
pus. Walterus Archidiaconus. gerardus Abbas Longivillaris. Johannes Can-
cellarius. Balduinus Cantor. Willelmus decanus. David. Rainaldus. Stepha-
nus. Willelmus Canonici sancti Audomari. Willelmus prior. Elbodo. Julianus
Subprior. Samuel monachi de Claromarisco. Mauritius Prior. Simon sa-
crista. Marcillius. Willelmus Hastalo. Godescalcus. Walterus monachi
sancti Bertini. ¶ Tandem proposuerunt nobis ex parte vestra novem
dicti nuncii questiones quarum quedam ex Litteris memorati Legati videntur
exorte. Nos vero devotioni vestre morem gerere volentes ad instantiam
nunciorum vestrorum: et quod nobis proposuerunt et quod eis respondi-
mus in presenti pagina fecimus annotari et sigillorum nostrorum
munimine roborari. Prima Questio talis est. Cum Ecclesia sancti
Bertini decimam de terra Balduini de Balloel hactenus in pace perce-
pit. Claromariscenses eam modo solvere contradicunt / eo quod terra illa
post compositionem per Cardinalem factam / Mare aliquanto tempore
occupavit. & licet cito eam recuperaverint. ideo autem decimam solvere
nolunt & quia in Litteris domini Cardinalis habetur / Quicquid autem
postea &a ad quod dicimus Quod si terra Balduini tanto tempore
fuerit occupata a mari quod secundum consuetudinem terre videatur domini-
um amisisse / ita quod alii eam licuisset acquirere / tunc de ea post
inclusionem. solvere decimas non debebunt. Si vero non amiserunt dominium.
solvere tenentur tamquam de veteri. Secunde Questionis tenor erat quod
de aliis antiquis terris quas Claromariscenses ante Compositionem habuerunt
et in ipsa Compositione et post Compositionem decimas inde solverint: modo
solvere contradicunt / eo quod de illis terris, ut aiunt, scriptum Cardinalis
non loquatur / sed de illis tantum quas post Compositionem acquisierint.
ad quod dicimus quod de antiquis terris ante Compositionem acquisitis

46. jean. III.

1210

Solvere tenentur / cum per rescriptum Cardinalis non eximantur a solutione aliquarum nisi earum quas post Compositionem incluserunt vel incluserint. Sed sub illis non comprehendantur antiquę quare tenentur de antiquis. adjungimus etiam quod etiamsi per privilegia sua plene et plane essent exempti a prestatione dictarum decimarum. tamen quia eas per triginta Annos et amplius solverunt / sicut dicitur / renuntiasse videntur privilegiis suis in hac parte et secundum jura scripta / non obstantibus privilegiis suis / ad solutionem earum de cetero tenebuntur. In Tertia Questione fuit nobis propositum quod XX.ⁱ solidos quos secundum scriptum Cardinalis et suum Claromariscenses Ecclesię Sancti Bertini solvere tenentur / ideo per plures annos detinuerunt / quia mare quamdam Terram / quam tempore Compositionis possidebant eis abstulit. cum tamen in scripto Cardinalis non contineatur quod de illa Terra deberentur, immo cum nulla sit ibi ~~mentio~~ facta mentio de terra illa. Ad quod dicimus quod XX.ⁱ solidos solvere tenentur secundum proposita. quia sicut si accrevisset Terra eorum / non tamen numerus cresceret solidorum / ita Terra decrescente non debuit numerus decrescere / et precipue cum in Litteris Cardinalis non contineatur quod pro illa Terra vel Alia solverentur / sed tantum pro bono pacis. Quarto loco fuit propositum quod in Burgo sancti Audomari Claromariscenses in prejudicium Ecclesie Sancti Bertini Mansuram quamdam acquisierunt / cum de eadem mansura et de aliis Ecclesia Sancti Bertini Censum et Relevamen habere debeat. Ad quod dicimus quod si ita est Censum solvere tenentur singulis annis, et de rigore juris / quia Ecclesia non moritur / terminus tantus debet constitui a judice / in quantum vita hominis potest extendi / quemadmodum scriptum est in jure de usu fructu. et in tempore illo relevamen solvere tenentur / de consuetudine tamen in multis locis francię secularibus personis distrahere tenentur post

Nota quod in original. hac tria sequentia verba subli-neata post annum et diem male postponantur et quod debeant locari sicut sunt in hac presenti Copia et in Registrata copia Tomo 13 fol: 193 verso Linea 5ª

Annum et diem. nisi quamdiu de voluntate sua dictis Census eos 46. jean III.
sustinent habere. Quinto Loco fuit nobis propositum quod cum monachi 1210.
Sancti Bertini piscariam habeant in aqua que Mera dicitur et in fossatis
etiam per que Mera derivatur/ Claromariscenses quoddam fossatum magne
quantitatis fecerunt prope Meram et ibi quosdam apparatus fecerint qui
vulgo verra dicuntur/ in verra illa ita dispositos quod pisces Mere intrare
possint fossatum illud / sed exire non possint. ad quod dicimus quod
pisces ita capere non possint Claromariscenses in prejudicium ecclesie Sancti
Bertini / quia pisces noscuntur esse Ecclesie Sancti Bertini si piscariam
ibidem habent ut asserunt. ita enim permissum est cuique prodesse sibi
et edificare in suo quod alii non noceat. secundum quod in jure cautum est.
Sexto Loco proponebatur quod quamdam paludem quam sexaginta
annis et amplius Ecclesia Sancti Bertini pacifice possedit et a multis
apostolicis et Comitibus flandrie privilegiatam habet, Claromariscenses
occupare contenderunt eo quod Castellanus Sancti Audomari concessit eis
totam paludem que est inter Meram et Casletum / et ut dicunt vendidit
Ad quod dicimus quod concessio illa sive venditio personam obligavit
venditoris tantum / et a venditore sive concessore deberet repetere si
minus acceperunt non ab Ecclesia Sancti Bertini que partem paludis
inter loca memorata tunc temporis possidebat / et etiam post venditio-
-nem illam et concessionem longo tempore pacifice possedit. Septimo loco
asserebant nuncii vestri quod decimam de quadam terra quam laici modo
excolunt in parrochia Sancti Bertini Claromariscenses requirunt / eo quod
terram illam aliquando possederunt / sed mare postea eam occupavit /
et laici eam postmodum recuperaverunt et modo quiete possident. ad quod
dicimus quod Decimam de terra quam Laici excolunt in parrochia
Sancti Bertini / monachi Sancti Bertini de jure debent percipere non obstante

46. jean. III. eo quod eadem terra dicitur olim fuisse monachorum Claromariscensium.
1210 Octavo loco fuit propositum quod quamdam terram antiquam Claromariscenses a laicis in concambio acceperunt pro alia terra, et ideo decimam solvere contradicunt, quia terra quam pro illa dederunt, et quando propriis sumptibus eam coluerunt immunis erat a solutione decimæ. Ad quod dicimus quod laici decimas solvere tenentur, et monachi, nihilominus, laici de nova terra quam receperunt a monachis, monachi de veteri quam receperunt a laicis in concambio predicto. Nono et ultimo proposuerunt nobis vestri nuncii quod Claromariscenses a vobis repetunt decimam quam Ecclesia sancti Bertini recepit de manu cujusdam militis de quibusdam terris quas dictus miles propriis sumptibus excolebat in parrochia sancti Bertini, et dicunt se decimam illam repetere pro eo quod idem miles terras illas eis abstulerat et propter hoc fuerat excommunicatus. Ad quod dicimus quod decimam memoratam licite videntur recepisse monachi sancti Bertini a milite qui terras illas in parrochia sua propriis sumptibus excolebat, et Claromariscenses interesse suum et dampnum debent a milite repetere si verum est quod terras illas eis abstulerit sicut dicunt. Sciatis autem quod quia nobis constare non poterat de premissis responsiones nostras ita formavimus et ita veras esse credimus sicut premissum est, si vera sunt ea que in questionibus propositis continentur. Ego B: Carnotensis canonicus credo vera esse que supra scripta sunt

Ex originali in Thecâ St Omer RR. no. 19

Registrata Tomo 13 folio 191.

Cet original a 11 pouces. 1 quart et demi d'hauteur, et 6 pouces. 1. ligne de largeur

Stephanus Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, totius Anglie Primas et Sancte Romane Ecclesie Cardinalis. Omnibus XPI fidelibus per Provinciam Cantuariensem constitutis ad quas presentes Littere pervenerint salutem in Domino. Noverit Universitas vestra Nos paci et tranquillitati Religiosorum virorum sancti Bertini circa Res et Possessiones quas habent in Anglia sicut ex officio nostro tenemur prospicere cupientes, ipsas res et possessiones eorum, redditus quoque et quecumque alia habent in Provincia Cantuariensi sibi a fidelibus in perpetuam Elemosinam collata: in nostram et Sancte Cantuariensis Ecclesie protectionem suscepisse. Unde districtius omnibus inhibemus ne quis eis inde ausu temerario molestiam inferat aut gravamen: si indignationem dei et nostram voluerit declinare. Valete.

46. jean. III.

80. 1210
circiter

Stephanus Cant. archiepus sub sua et ecclesie Cantuariensis protectione suscipit omnia bona et possessiones sancti Bertini jacentia in Provincia sua Cantuariensi.

cardinal en 1212.



Ex originali in Theca Anglottale N°. 13.

Cet original a 2 pouces 1 quart d'hauteur, et 6 pouces 3 quarts de largeur.

81. 1211. 342.

Innocentius Episcopus servus servorum dei. dilectis filiis .. Abbati et Conventui sancti Bertini salutem et apostolicam benedictionem. Cum ex iniuncto nobis apostolatus officio Ecclesiarum omnium sollicitudinem gerere teneamur.

Datum Laterani 2° Kal. febr. Pont. 13°

Innocentii 3ii decretum quo prohibet permittere beneficia non vacantia aut pensiones super illa, quia talia contrariantur statutis Concilii Lateranensis.

Haigneré D. (1886) - *Les chartes de Saint-Bertin*, Tome I, années 648-1240. Saint-Omer: H. D'Homont, page 121-122.

L'auteur date cette charte de 1175, la date M.C.LXXV figurant dans le manuscrit.

D'après une ancienne copie. — T. II, n° 79, p. 101.

1175. — Pierre, cardinal du titre de S. Chrysogone, légat du Saint-Siège, notifie les clauses de l'accord intervenu, sous ses auspices, entre les religieux de Saint-Bertin et ceux de Clairmarais, touchant le paiement de certaines dîmes.

Petrus, Dei gratia, titulo sancti Grisogoni presbyter cardinalis etc. omnibus etc.

De illa portione terre Baldevini de Balloel que fuit fossatis clausa et a mari erepta priusquam illam acquisissent, fratres Claromariscenses decimam solvent absque contradictione. Quicquid autem postea incluserunt, vel deinceps incluserint, liberum erit a decimarum exactione, sive fuerit de terra predicti Baldevini, sive cujuslibet alterius. De omnibus autem aliis antiquis terris que cedent eis, et ubicumque in parrochiis Sancti Bertini terras quocumque modo acquisierint, sive donatione, sive emptione, decimas solvere tenebuntur. Pro bono etiam pacis abbas Claromariscensis singulis annis solvet monasterio Sancti Bertini xx solidos flandrensis monete in purificatione Beate Marie ... Actum est hoc publice apud Sanctum Bertinum, in presentia venerabilis fratris nostri Desiderii Morinensis episcopi et aliorum quamplurium, anno ab incarnatione Domini M.C.LXXV, Godescalco existente abbate Sancti Bertini, et David Claromariscensi. Testes autem sunt : Desiderius Morinensis episcopus. Walterus archidiaconus. Gerardus abbas Longivillaris. Johannes cancellarius. Baldevinus cantor. Willelmus decanus. David. Rainaldus. Stephanus. Willelmus canonici sancti Audomari. Willelmus prior. Elbodo. Julianus subprior. Samuel monachi de Claromarisco. Mauritius prior. Simon sacrista. Marcillius. Willelmus Wastalo. Godescalcus. Walterus monachi Sancti Bertini.

1211

Convention relative aux dîmes de Tubersent,
signée par Hugues, abbé de Longvilliers, avec l'abbé de Saint-Bertin

de Witte C. (1777) - Le grand Cartulaire, ou Recueil général et chronologique des Chartes et Titres de l'abbaye de Saint-Bertin. Depuis l'année 1201 jusqu'à l'année 1240, inclusivement. Le tout tiré et copié sur les originaux reposants aux Archives de ladite Abbaye, et à leur défaut sur les plus anciens Cartulaires, Tome 2, page 123.

46. jean. III.
1211.

Auctoritate et nostri nominis Karactere inferius annotato presentem paginam confirmari precepimus. Actum apud Sanctum Audomarum anno Domini M° CC° undecimo. Regni vero Karissimi Domini et genitoris nostri anno XXXIII° astantibus in palatio ejusdem Patris nostri quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. S. guidonis Buticularii. S. Bartholomei Camerarii. S. Draconis constabularii. Data vacante Cancellaria per manum Guidonis de Atheiis.

Registrata Tomo 36. folio 100 4.to
Item. MSS. 724. Bibliotheca Bertiniana N°. 379.
et in Cartulario D.H. Tom: 3. pag: 228.

91. 1211. 351.

Hugo abbas de Longovillari Compositionem facit cum Abbate et Conventu S. Bertini Circa Decimam omium terrarum quas usque modo acquisierunt vel acquirent apud Torbodeshem seu Tarbessent.

Ego hugo Dei gratia Abbas de Longovillari et ejusdem Loci Conventus Omnibus ad quos presentium pervenerit noticia Salutem et Orationes. Noverit Universitas vestra quod cum abbate et Conventu Sancti Bertini amicabiliter convenimus in hunc modum. Quod de omnibus terris quas in eorum parrochia de Torbodeshem acquisivimus usque modo vel in posterum quocumque modo Emptione. seu fidelium largitione prestante Domino acquiremus. ipsis decimam tenemur solvere sicut alii persolvunt agricole in dicta villa qualibet contradictione remota, preter in terra circiter trium mensurarum quam sartavimus. ipsi vero ex benivolentia quam erga nos habent nobis ex ipsa decima quam eis dabimus, quintam Garbam liberaliter contulerunt. Terras autem aliquo modo Censu, vel allodio, vel feodo ad ipsos spectantes non poterimus acquirere ullo modo nisi nobis a fidelibus in Elemosinam conferantur. Quod si collate nobis fuerint ipsas infra annum

46. jean. III. nisi de eorum factum fuerit voluntate et amicabiliter convenerimus
1211. cum eisdem / tenebimur de Werpitio. ut hoc ratum permaneat / hanc
Cartam Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum Anno Domini
Millesimo ducentesimo undecimo.

Registrata MSS. 724. Bibliothecæ Bertinianæ N°. 49.
et Cartulario D. W. Tomo 3. pag: 220.

352. 92. 1212.

Lambertus abbas Claromariscensis notificat quod exorta nova controversia inter se et Ecclesiam S. Bertini super limitibus decimæ Curtis suæ jacentis in Villa de Loon et circum circa &c. ipsam Controversiam terminavit gerardus de Ruinescure ad hoc arbiter electus tam pro limitibus quam pro fossatis, fossis et pratis.

Ego Frater Lambertus dictus Abbas. et Conventus de Claromaresch.
Notum fieri volumus universis presentes Literas inspecturis. quod cum inter
Nos et Abbatem et Conventum Sancti Bertini super diversis querelis quas
habueramus ad invicem / pax et concordia per prudentem virum Gerardum
de Ruinescure reformata. et in autentico Scripto redacta fuisset. Nos de
communi assensu auctoritatem eidem Gerardo reliquimus. ut si aliquid
questionis vel dubitationis infra annum super hiis de quibus pax facta
fuerat oriretur. ipse questionem vel dubitationem illam sub juramento
Sicut in premisso continetur autentico terminaret. Cum igitur illi de
Sancto Bertino decimas a nobis exigerent de tota Terra nostra que exten-
-ditur a metis que sunt ante Curtem nostram que dicitur Enna usque
ad Dunos qui sunt prope domum Willelmi Scolebone versus novam portum.
quam Terram dicebant fuisse Balduini de Balluel. Nos respondimus quod
viginti septem mensure de prefata Terra immunes esse deberent a decima.
tali Scilicet ratione quod quindecim mensuras de predictis viginti septem
Nobis in elemosinam dederat henricus olim Castellanus de Broborg quas

© Bibliothèque d'agglomération de Saint-Omer
Ms. 803-02

Haigneré D. (1886) - *Les chartes de Saint-Bertin*, Tome I, années 648-1240. Saint-Omer: H. D'Homont, page 228.

Ego Hugo, Dei gratia, abbas de Longovillari, et ejusdem loci conventus, omnibus ad quos presentium pervenerit noticia, salutem et orationes. Noverit universitas vestra quod cum abbate et conventu Sancti Bertini amicabiliter convenimus in hunc modum, quod de omnibus terris quas in eorum parrochia de Torbodeshem acquisivimus usque modo, vel in posterum quocumque modo, emptione, seu fidelium largitione, prestante Domino acquiremus, ipsis decimam tenemur solvere, sicut alii persolvunt agricole in dicta villa, qualibet contradictione remota, preter in terra circiter trium mensurarum quam sartavimus; ipsi vero, ex benivolentia quam erga nos habent, nobis ex ipsa decima quam eis dabimus quintam garbam liberaliter contulerunt. Terras autem aliquo modo censu, vel allodio, vel feodo ad ipsos spectantes non poterimus acquirere ullo modo, nisi nobis a fidelibus in elemosinam conferantur. Quod si collate nobis fuerint, ipsas infra annum, nisi de eorum factum fuerit voluntate, et amicabiliter convenerimus cum eisdem, tenebimur dewerpire. Ut hoc ratum permaneat, hanc cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo undecimo.

1219

Charte par laquelle Enguerrand de Bournonville
donne à l'abbaye de Longvilliers deux arpents de terre à Maninghem-au-Mont

Haigneré D. (1886) – Quelques chartes inédites. *Mémoires de la Société académique de l'arrondissement de Boulogne-sur-Mer*, Tome 13, Boulogne-sur-Mer: Imprimerie Veuve C. Aigre, pages 455-456.

Henricus de Bornumvilla, omnibus Xpisti fidelibus presentem paginam inspecturis, in perpetuum. Noverit universitas vestra quod duo jugera terre in territorio de Maninghem, que patri meo Petro de Bornumvilla adjudicata fuerunt, [eccle]sie beate Marie de Longovillari in perpetuam elemosinam jure perpetuo pos[sidenda concessi], ea conditione quod dicta ecclesia michi dabit singulis annis in pascha, et heredibus meis in perpetuum, unum par albarum cirothecarum simplicium. Sciendum est etiam quod [quicquid] Oda de Verchem dedit predicte ecclesie in territorio de Ickingehem in perpetuam elemosinam, per tres solidos annui census, Durandus, filius Alulfi Fabri, homo meus et heres ipsius Ode, coram me concessit prefate ecclesie absque omni calumpnie contradictione. Preterea non silendum est quod Johannes, filius Johannis militis de Nova villa, hominis mei, in mea presentia concessit et grantavit sine calumpnia ecclesie sapradicte............. pater suus dedit eidem ecclesie in perpetuam elemosinam sub annuo censu.............. in territorio de ....hem, quem tenere solebat de patre meo ; nunc autem....... Johannes servitium quod de ipsa terra debet michi non reddiderit, jus habeo manum mittere.......... terram quam ecclesia tenet in elemosinam; sed tantummodo viginti solidos quos pro ea singulis annis reddit Johanni, potero saisire. Sciendum quoque est quod ego....... dictam ecclesiam adjuvare ut dominus, ut meam donationem supradictorum................ Ut autem hec firmiter teneantur, et in perpetuum............ sigilli mei appensione confirmari curavi......... ducentesimo...............